

V c
637



h. 11, 6.

Vc
637

GLORIOSA
MERITA
GLORIOSISSIMORUM
SAXONICORUM
FRIDRICORUM,

IN
SERENISSIMO ÆTERNAQUE MEMORIA
DIGNISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

FRIDRICO,

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ
AC MONTIUM, ANGARIÆ, WESTPHALIÆ,
LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONE MISNIÆ ET
UTRIUSQUE LUSATIÆ, PRINCIPE COMITATUS HENNE-
BERGICI, COMITE MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BAR-
BY, DYNASTA RAVENSTEINI ETC.

INVICTO HEROE
DE REPUBLICA SAXONICA SUM-
ME MERITO,
REFLORESCENTIA

ADMIRATUR
ATQUE UNA
AD

ORATIONEM PANEGYRICAM
IN
AUDITORIO MAJORI

HABENDAM
DECENTER
INVITAT

D. CHRISTIANUS WEIDLINGIUS,
COM. PALAT. CÆSAR. CONSIL. SAXON. ILLUSTRIS
AUGUST. RECT. PRUDENT. CIVIL. ELOQUENT.
ET HISTORIAR. PROF. PUBL.





Uemadmodum Gemmæ & artis elegantia
 & pretii magnitudine fulgentes a Clarissimo
 Becmanno optimo jure summorum Imperantium
 splendidissima salutantur ornamenta ; ita
 non raro limpidiſſima Glorioſarum Virtutum
 dici merentur ſpecula. Ii, qui hoc in dubium
 vocare annituntur, mentis perluftrant oculis,
 pretioſiſſima Gazophylacia ſummorum Im-
 perantium & tunc procul dubio calculum addent. Quoties enim in
 Theſauro tam Gallico, quam Brandenburgico trigam elegantiffimarum
 Gemmarum, ex cana Antiquitate depromptarum, penſitamus ; toties vi-
 dere nobis videmur *Glorioſiſſimorum Saxoniorum Fridricorum, Bellicoſi,
 Placidi & Sapientis*, glorioſas Virtutum Adamantes. Et quid miri ? Prima
 namque earum Belli ſiſtit Amorem, æneum Rerumpublicarum clypeum.
 Cupidinis hic intueri licet ſimulacrum affabre delineatum. Tan-
 tum vero abeſt, ut nominatus Cupido corporeorum ſolum complexu-
 um laudetur director, ut potius etiam animum ornantium virtutum ex-
 tollatur proteſtor. Quem enim fugit, quod Venus tam *πάνημος* ſive po-
 pularis audiat, quam *ἑρδνός ἐπὶ ἑρώτι καὶ ἄρῳ καὶ ἀπὸ πῆλα γυμνῶ πόθῳ σωμαίων*, ut Pau-
 ſanias in *Bæoticis* loquitur, cœleſtem amorem, purum & corpore vacan-
 tem ſignificet. Corpus nudum & robuſtum pugnandi innuit appetitudi-
 nem. Vultu ſevero & minaci ſe effert, quod prælia ferociam deſiderant.
 Alis ornatus & ſtans delineatur, quia celeritas & cunctatio maximum
 in bellis momentum obtinent, Caput galea tectum, dextra vero ſcuto &
 haſta decorata, quia & fortiſſimorum eſt, ut de neceſſaria deſenſione
 ſint ſoliciti. Jaculis etiam armatur & pharetra, quo & hoſtes e longin-
 quo feriendos eſſe, ſignificetur. Hanc interpretationem non parum ſuf-
 fulcire valent Sacra apud Lacedæmonios, ante prælia inita, Amori, teſte
 Athenæo *Libr. XIII. p. 561*, facta. Et quamvis Cupidini arma haud con-
 venire videantur ; Lacedæmoniorum tamen Rempublicam armatam
 coluiſſe Venerem, Antiquitatiſperitia ornatiſſimorum conſenſus com-
 probat, vid. *Theſ. Brandenburg. T. I. p. 37*. Ea clariffimum Speculum ! Fridri-
 ci Bellicoſi, Herois Inviſtiſſimi, qui innumeris heroicis factis ineffabilem
 glorioſæ Saxonie comparavit ſplendorem, adumbrans radios. Hic eſt
 ille Glorioſus Heros, qui Ducatum Saxonie cum dignitate Archi-Mar-
 ſchalli Electoris familie intulit. Hic eſt ille Heros, qui Palatinatum Sa-
 xonie, jam olim in Illuſtriſſima hac Familia florentem, recuperavit, teſte
 Schurzſleiſchio in *Diſſert. de Witeck. Theſ. 6*. Hic eſt ille Heros, qui non
 ſolum in favorem Cæſaræ Majæſtatis potentiſſimum contra Huſſitas
 collegit exercitum, ſed contumaci etiam prælio eodem glorioſe vicit.
 Hic eſt ille Heros, qui ad fugam cæpeſſendam audaces adegit prædones,
 eorumque caſtra ſolo æquavit. Laudatur non ſolum Glorioſus Fundator
 celeberrimus

celeberrimæ Lipsienſis Academix, ſed & Tribunalis ordinarii Alſtædienſis, uti B. Sagittarius in *Diſſert. de hac materia* clare hoc demonſtrat. Add. Fabr. *Saxon. Illuſtr. L. VII. p. 684.* Limn. *de Jur. Publ. L. III. c. X. n. 2.* Non minori ſcætet elegantia altera Gemma, Pacis & Clementiæ Amorem ſub imagine Cupidinis latentem, perpulchre delineans. Corpore præditus eſt ſingulari elegantia radiante, facieque honeſta. Greſſu incedit ſublîmi, manibus & corollas & flores præfert, vid. Marian. *Lib. IV. c. XII.* Adductæ quidem corollæ nec tempora ornant, nec numerus etiam earum quadrare videtur. Aſt uti ſub quatuor corollis in aliis Gemmis & Nummis quatuor latitant Virtutes; ita binis hiſce Clementiæ & Pacis ſtudium explicare licet. Flores ſecundum alios Antiquitatum Amalſios eloquentiæ ſigna ſunt, ſed ex mente noſtra pacis teſtimonia eſſe, aſſerere nihil dubitamus. Quem enim fugit, quod, florentibus Pacis floribus, omnes floreat Societates? Inſicias quidem ire haud licet, quod non raro flores terræ ſint Symbolum, præprimis ſi cum Delphino, maris imperium indicante, conjungantur: aliam tamen interpretationem hujus Gemmæ adminiculantes ſvadent circumſtantiæ. Tuta namque Pax ſons eſt, donans & Reipublicæ & Eccleſiæ vigorem. vid. *Theſ. Brand. allegat. l. c.* En elegantiffimam iconem Fridrici cognomento Placidi! Sicuti namque hic Glorioſiſſimi Fridrici Bellicoſi exitit filius; ita & communis omnium, in Glorioſa hac Familia florentium, Parens. Per illuſtriſſimum Filiorum Par, Erneſtum & Albertum, duas Lineas ſplendidiffimas glorioſe condidit. Renovavit proprio & Sereniſſimorum Fratrum nomine Pactum Conſraternitatis cum Haſſiæ Landgravio, vitamque pie ac pacifice tranſegit. vid. Imhoff. in *Notit. Procer. Imp. L. II, c. VII. §. 23.* Chytr. *Saxon. l. XVIII, p. 480.* Et quem in admirationem non raperet pretioſiſſima tertia Gemma, inſigni elegantix prærogativa dotata? Hæc præter Cupidinem non ſolum Arborem exhibet annofam, Sapientiæ Symbolum, ſed & Luſciniam, prudentis eloquentiæ teſſeram, quam ex arbore atrahere conatur. Sane non aliam obrationem, quam ut poſteritati explicetur, Sapientiam haud muram expectendam, ſed eam, quæ conſiliis dotes ſuas aliis communicat. En! nitidiffimam imaginem æternum florentis Fridrici Sapientis, Electoris Saxonix Glorioſiſſimi, quem Eruditus Orbis optimo jure, ut Solem Glorioſorum Principum omnis ævi, adorat. Calibatam matrimonio prætulit, quia ferventiſſimo ardore inhiavit Reipublicæ ſaluti. Exiſtimatione tanta floruit, ut Ei a Maximiliano I. Imperatore ſupremi Conſiliarii, nec non Gubernatoris ac Locumtenentis munus committeretur, Illoque rebus humanis exempto, imperium offerretur, quod tamen ingenti animo, conſtitante Erasmio, reſuſavit, ſuffragiumque Carolo V. tulit, Quo ipſo autor exitiſſe videtur Cl. Schurzſteicio in *Diſſert. de Eleſt. Frider. III. §. 10.* peculiaris & hæctenus inauditæ cum electo Imperatore, faciendæ

pactionis, quæ proprio nomine Capitulatio vocatur. Quantis radiis
 ditavit Domum Saxoniam erigendo Vitembergensem illustrem Aca-
 demiam ! Quanta gloria locupletavit Orthodoxam Lutheranam Ec-
 clefiam, quod invictum B. Lutheri & illibata Lutheranæ Religionis con-
 tra Pontificem & perversos affectus se præstiterit Defensorem ! vid. Sleidan.
L. 1, p. 26. & Schurzfl. *cit. l. c.* Johanne Georgio IV. gloriosissimæ
 memoriæ Saxonix Electore, fatis concessio, Numisma postteris commu-
 nicatum, cujus altera facies Trium Gloriosissimorum Antecessorum icones,
 annexa inscriptione : *Trinum perfectum*; altera vero Johannis Geor-
 gii IV. triplici corona radiantis imaginem exhibet, addita epigraphæ : *In*
Uno Omnes. Quis non subscribet, si hoc & de Serenissimo Prin-
 cipe ac Domino, Domino FRIDRICO, Duce Saxoniae, Juliaci, Cliviæ ac Montium,
 Angariæ & Westphaliæ, Landgravio Thuringiæ, Marchione Misniæ
 & utriusque Lusatia, Principe Comitatus Hennebergici, Comite Marcæ,
 Ravensbergæ & Barby, Dinasta Ravensteinii &c. dictum existimemus ?
 Reddidit namque glorioso Orbi gloriosissimum Fridricum Bellicosum
 bellica sua virtute, qua ineffabilem Saxonix acquisivit gloriam.
 Reddidit gloriosissimum Fridricum Sapientem, gloriosis sapientix speciminibus,
 quæ non raro prudentissimis etiam Heroibus palmam fecere dubiam.
 Reddidit Gloriosissimum Fridricum Placidum exandatis belli laboribus,
 indulgendo & Clementiæ & Pacis studio. Gratulamur itaque merito glorioso huic
 Principi æternam Pacem & calidissimis Summum Numen defatigamus
 precibus, ut Serenissimum nostrum Principem ac Dominum, Dominum
 CHRISTIANUM, Nutritium nostrum Indulgentissimum, cum Illustrissima
 COSTA, totaq; Domo Gloriosissima, omnipotenti providentiæ clypeo
 tegere, contraque nociva mortis tela tueri non nolit. Quoniam vero
 indivulsus gloriosæ Virtutis comes præmerita laus est, hinc crastina luce H.
 L. Q. C. *Vir Maxime-Reverendus Dn. Johannes David Schiefferdeckerus,*
S. S. Theol. Doctor & Professor Publicus, non solum solenni Oratione
 Panegyrica delineabit Fridricum, ad Exemplum Gloriosissimorum Majorum,
Sapientem, Placidum, Bellicosum, adeoque Fortitudinem, Doctrinam & Sapientiam
quondam maxime Eminentem, sed & pro constanti Serenissimorum
 Patriæ Parentum vigore, devota nuncupabit vota. Ut igitur solenniorem hunc Actum
 omnes Musarum Patroni ac Fautores præsentia sua condecorare, & quam sancta
 Ipsius tanti Principis memoria; declarare velint, cum proluxa studiorum obligatione
 rogitamus. Letissimorum Civium nostrorum largam certo nobis promittimus
 participationem.

P. P. D. XVII. Maji A. O. R. clb cexv.

LENGOPE TRÆ, Typis JOH. CHRISTOPH. BRUELLI, Aul. & Aug. Typogr.

liis
ca-
ic-
n-
ci-
na-
u-
o-
or-
In
l-
o-
t-
e-
r-
a-
o-
a-
m
o
o
o
c
is
-
-
y
o
-
e
-
i
-
i

Pos. Vd 637, FK

ULB Halle 3
003 550 575



f



h. 116.

Vc
637

GLORIOSA MERITA GLORIOSISSIMORUM SAXONICORUM FRIDRICORUM,

IN
ÆTERNAQUE MEMORIA
PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

FRIDRICO,

NIÆ, JULIACI, CLIVIÆ
SAXONICÆ, WESTPHALIÆ,
SILVINGIÆ, MARCHIONE MISNIÆ ET
PRINCIPE COMITATUS HENNE-
MARCÆ, RAVENSBERGÆ ET BAR-
ONIA TA RAVENSTEINI ET C.

IN VICTO HEROE
SAXONICA SUM-
MÆ MERITO,
REVERENTIA
ADMIRATUR
ATQUE UNA
AD

ORATIONEM PANEGYRICAM
IN
HONORE DOMINI MAJORI

FRIDRICHIS
DECENTER
INVITAT
FRIDRICHUS WEIDLINGIUS,
R. CONSIL. SAXON. ILLUSTRIS
PRUDENT. CIVIL. ELOQUENT.
PROF. PUBL.

